Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

I. Exemplum pœna Vagarum libidinum. Pertinet ad sextum præceptum Decalogi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

Visual Library

bidinum. Pertinet ad ſextum præceptum Decalogi.

II. Vitare peccata eſt vitare occaſiones peccatorum.

III. Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui.

IIII De Pœna ſtupri.

V. De vindicta ordinata.

I.

DE VAGIS LIBIDINIbus & earum pœna.

VT Deus ipſe eſt mens caſta, ita uult creaturas rationales ſibi in caſtitate ſeruire, & uitare omnes confuſiones ordinis à ſe inſtituti. Hanc ſuam uoluntatem expreßit non ſolum uerbo & uoce ſua, ſed etiam exemplis horribilium pœnarum in tota hiſtoria Mundi, ac maximè illuſtria in hoc libri Geneſis, in hiſtoria Diluuij, & conflagrationis Sodomorum deſcribuntur. His addi debent & ciues Sichem propter ſtuprum filiæ Iacob interfecti. Etſi enim actio filiorum Iacob iniuſta fuit, tamen paßio Sichimitarum iuſta fuit.